



**S. Caecilii Cypriani Carthaginiensis Episcopi, Totivs
Africae Primatis Et Gloriosissimi Martyris Opera**

Cyprianus, Thascius Caecilius <Heiliger>

Coloniae Agrippinae, 1617

XXVII. Cypriani ad Lapsos, qui illi de vsurpata pace per Paulum martyrem
data, scripserant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80176](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80176)

Matth. 7.

*morum

*illius

non possumus, quin omni vocis nostræ testimonio prosequamur. ¹³ Animaduertimus enim, te cōgruente censurā, & eos digne obiurgasse, qui immemores delictorū suorū pacem a presbyteris per absentiam tuam festinata & precipiti cupiditate extorsisset; & illos qui sine respectu Euāgelij sanctum Domini canibus, & margaritis porcis profana facilitate donassent; cum grande delictum, & per totum pene orbem incredibili vitatione grassatū, nō oporteat nisi, ut ipse scribis, caute, moderateque tractari; consultis omnibus episcopis, presbyteris, diaconibus, cōfessoribus & ipsis stantibus laicis, ut in tuis litteris & ipse testaris; ne dum volumus importune ruinas subuenire, alias maiores ruinas videamur parare. Vbi enim diuinus metus relinquitur; si tam facile peccantium venia præstetur? ¹⁴ fouendi sunt sane ipsorum animi, & ad maturitatis suę tempus nutriendi; & de scripturis sanctis, quam ingens, & supra omnia peccatū commiserint, instruendi. Nec hoc animetur, quia multi sunt; sed hoc ipso magis reprimatur, quia non pauci sunt. Nihil ad extenuationem delicti numerus impudēs valere consuevit sed pudor, sed modestia, sed patientia, sed disciplina, sed humilitas, atque subiectio; sed alienum de se expectasse iudicium; sed alienam de suo actū sustinuisse sententiam. Hoc est, quod penitentiam probat, hoc est, quod impresso vulneri inducit cicatricē; hoc est, quod deiectæ mētis ruinas erigit & attollit; quod ardentem ¹⁵ delictorum æstuantium vapore restinguit & finit. Non ea, quæ sanorum sunt corporum, medicus ægris debet; ne ¹⁶ importunis cibis epestatē valetudinis sequentis nō reprimat, sed accendat; scilicet, ne quod potuisset maturius ieiunio attenuante sanari, videatur per impatientiā ¹⁷ longius pasta cruditate produci. ¹⁸ Eluendæ sunt igitur impio sacrificio manus inquinatæ, operibus bonis; & nefario cibo ora misera polluta ¹⁹ penitentia sūt veræ sermonibus expianda & in feceris cordis fidelis nouellandus, & consecrandus est animus: crebri penitentium gemitus audiatur; & iterum fideles ex oculis lachrymæ profundantur: ut illi ipsi oculi, qui male simulachra conspexerūt, quæ ²⁰ inlicita commiserant, satis facientibus Deo fletibus deleant. ²¹ Non est patientia nisi in morbis necessaria; luctantur cum suo dolore qui languent; & ita demū sperant sanitatē, si tolerantia superarint dolorem. infidelis enim cicatrix, quam cito festinas medicus induxit; & ad quemlibet casum medela rescinditur; si non fideliter de ipsa tarditate remedia præstentur. Cito rursus in incendium flamma reuocatur, nisi totius ignis etiam vsque ad extremam scintillam materia ²² restinguatur; ut merito huiusmodi homines sciant sibi etiam de ipsa mora magis consuli, & fideliora necessarijs dilationibus remedia præstari. Cæterum vbi erit quod custodia squalidi carceris includuntur, qui Christum cōfiteantur; si sine periculo fidei sunt, qui negauerunt? vbi quod in nomine de catenarum ambitu vincuntur, si sine communicatione non sunt, qui confessionem Dei non retinuerunt? vbi quod detenti martyres gloriosas animas suas ponunt; si, qui dereliquerunt fidem periculorum & delictorum suorum non sentiunt magnitudinem? quod si nimiam impatientiam præferunt, & intolerabili festinatione communicationem exposcūt; frustra querula ista, & inuidiosa, ac nihil aduersus veritatem valentia iactat petulanti, & infreni ore cōiucia: quādoquidem licuerit illis suo iure retinere, quod nunc sua sponte quesita necessitate cogūtur postulare: fides enim quę potuit Christum confiteri, posuit & Christo in communicatione retineri. Optamus te beatissime ac gloriosissime Papa in Domino semper bene valere, & noītri meminisse.

ADNOTATIONES IN EPIST. XXVI.

1. Diaconi] Vox hac adiecta est à Manutio, & recte, quantum colligere est ex Damaso in vita Fabiani, qui Nicofratum diaconum dicit.
2. instructi & robustius animati] Sic Morel. pro quo Manutius instructus, male Paulo post ubi vterque habet: quadam, censeo legendum: quadam. satis passos & signatos] Hic melius Manut. quam Morelius qui habet: passus & signati.
3. qui docuit, quam qui & fecit: non minus honorandus qui

monuit, quam qui dimicauit] Veram hanc huius loci lectionem ex præcedentibus verbis colligere non est difficile. Non minus coronæ mercede condignus est, qui hortatus est, quam qui & passus est. Locus insignis de operum mercede. porro illud: dimicauit, ex Morelio habemus, pro eo quod habet Manutius: exoptauit, pessime. Contra rectius habet iste: cæterum dicimus, quam Morelius: dicemus. Quomodo & illud Manutius: in dies singulos, magis probatur, quam Morelius istud: indies. & rursus illud post aliquot lineas: non exille, pro quo Morelius: non Vixille, sed male.

4. qui plus diligit patrem, &c.] interseruit hoc loco Manut. hac quoque verba: & qui plus diligit animam suam quam me, non est me dignus, sed omīsa sunt à Morelio, & recte, ut quæ neque in Latinis neque in Græcis reperiuntur codicibus, nisi forte pro eo quod est: filium vel filiam, isti: animam, legant, quod quum non probetur, omittendum existimauit.

5. patres eorum] Oratio consarcinata ex Matth. & Lucæ euāgelij. Nam verba hæc: sic enim faciebant prophetis patres eorum, Lucæ sunt, apud Mattheum vero sunt ista: Sic enim persecuti sunt prophetas qui fuerunt ante vos. Colligere hinc licet modum concordie Euāgelicæ, & ut etiam singula singulorum Euāgelistarum verba seruentur, quem ita exacte tradidit & seruauit Reuerendissimus in Christo pater D. Cornelius Lanzenius electus Gandensis, ut omnibus palmam præperuerit.

6. æst in mari sumus sicut oues victima] Sic Manut. & recte, nam eodem modo citatur hic locus D. Pauli à Cypriano infra tom. 2. de exhortatione martyrij: & rursus test. lib. 3. cap. 16. præter quam quod ibi deputati, legitur. Eleganter autem expressa est in hac translatione vox Hebrea, pro qua septuaginta in græca & latine, id est, oues occisionis, siue occisioni destinata.

7. sed superuincimus] Ita Manut. eodem modo citatur & infra hic locus li. test. 3. à Cypriano, & à D. Aug. li. 22. de ciuit. Dei. c. 23. ac de doctrina Christiana lib. 4. c. 20. quæ voce significantius transferitur vox Græca & in græcis, quam voce, superamus, quæ habet Morelius: & infra Cyprianus de exhortat. martyrij.

8. pro eo qui dilexit nos] Manut. quoque est hac lectio, pro qua vulgatam habet Morelius: propter eum.

9. nemo hanc dilationis nostræ moram clementiam iudicet] pro: clementiam, tum hic, tum paulo post Morelius: clementiam, legis corruptissime. Error conigit ex affinitate cl. & d. Porro paulo post pro: ut quasi, quod habet Manutius, Morelius: vtque quasi, legit, quod male.

10. quam tam glorioso Episcopo] Tum illud adiectum est à Morelio, quæ etiam pro: destinati, legit destinata, neutra lectio dissoluit.

11. licet interim à fratribus distractus] Etiam hic: interim, desiderabatur apud Manut. additum à Morelio. Porro alludit proclaudubio ad Epistolam xxi. utpote & quæ multa hic ad verbum fere.

12. robustius prouocauit] Sic recte Manutius, pro quo Morelius: prouocasti, male.

13. Animaduertimus enim, &c.] Alludit ad epistolas aliquot præcedentes de lapsis: quamquam illam epistolam & quæ verba Cypriani citantur, tum hic tum infra epist. xxxi. & liij. exfari non existimem.

14. fouendi sunt sane] Recte sic Morelius, pro quo mendose Manutius: fouentibus, paulo etiam ante ubi Manut. habet: relinquatur, rectius Morelius: relinquatur. contra autem omīssa erat paulo post à Morelio vox: valere.

15. delictorum æstuantium vaporem] Sic Manutius: Morelius, morbum.

16. importunis cibis] Ita Manut. Morelius, importunus cibus, corrupte.

17. longius pasta cruditate] Magis hac placet Morelij lectio, quam illa: pasta cruditate; quum prior elegantiam quandam redolent, posterior barbarissimum, quæ illa ætate à Romanis erat quam alienissimus.

18. Eluendæ sunt igitur impio sacrificio, &c.] Elegans locus de satisfactionis modo, inexta illud ad Romanos 6. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditie & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitie in sanctificationem.

19. veræ penitentia] Sic Manut. Morelius: patientia, non recte, paulo post hic: illicite, ille: inlicita, neuter male.

20. Non est patientia nisi in morbis necessaria] Sic legendum censui ex varia huius loci lectione. Manutius enim: Non est impatientia in morbis. Morelius: Non est penitentia nisi in morbis.

21. restinguatur] Recte ita Morelius, alter, rescinditur, male.

22. intolerabili festinatione] Sic Manut. Morelius: intolerabilem festinationem, pessime, qui etiam viiiose legit: querela, pro querula.

CYPRIANI AD LAPSO S QVII.
pside vsurpata Pace per Paulum martyrem data scripserant.
EPISTOLA XXVII.

Argumentum huius Epistolæ infra habet Epistola xxxix. Litteras (inquit) ad me fecerunt, pacem non dandam sibi postulantes, sed quasi iam datam sibi vendicantes, quod dicant, Paulum omnibus pacem dedisse, sicut in litteris eorum quarum exemplū ad vos trāsmisi, legistis, simul quid & ego eis breuiter rescripserim. Desideratur autem lapsorum Epistola ad quam rescribit.

EX

CYPRIANVS LAPSIS.

Lib. 5. ep. 6.

Matth. 16.

Matth. 22.

Luc. 17.

DOMINVS noster, cuius præcepta metueret & obsequere debemus, Episcopi honorem, & Ecclesiæ suæ rationem disponens, in Evangelio loquitur, & dicit Petro: ² Ego tibi dico, quia tu es petrus, & super istam petram ædificabo Ecclesiā meam, & porta inferorum non vincet eam: & tibi dabo clauis regni celorum, & quæ ligaueris super terram, erunt ligatæ & in celis, & quocunque solueris super terram, erunt solutæ & in celis. Inde per temporum & successionum vices, Episcoporum ordinatio, & Ecclesiæ ratio decurrit, vt Ecclesia super episcopos constituatur: & omnis actus Ecclesiæ per eosdem præpositos gubernetur. Cum hoc itaque diuina lege fundatum sit, miror quosdam audaci temeritate: sic mihi scribere voluisse; ⁴ quando Ecclesia in Episcopo, & clero, ⁵ & in omnibus stantibus sit constituta. ablit enim, nec Domini misericordia & potestas eius inuicta patiatur, vt Ecclesia esse dicatur lapsorum numerus; cum scriptum sit. *Deus non est mortuorum, sed viuorum.* Omnes quidem viuificari optamus, & vt in statum pristinum restituantur, precibus nostris & gemitibus oramus, si autem quidam lapsi Ecclesiam se volunt esse; & si apud illos, atque in illis est Ecclesiæ, quid superest, quam vt ipsi rogentur à nobis, vt nos ad ecclesiam dignentur admittere: summus illos ergo & quietos & verendos esse oportet eos, qui delicti sui memores satisfacere Deo debent; nec Ecclesiæ nomine litteras facere, cum se magis sciant Ecclesiæ scribere. Scripserunt autem mihi nuper quidam de lapsis humiles, & mites, & tremantes, & metuentes Deum, & qui in ecclesia semper gloriose, & granditer operati sunt; ⁶ & opus suū Domino imputauerunt, scientes illum dixisse: Et cum hæc omnia feceritis, dicite serui superuacui sumus; quod debuimus facere fecimus: Quæ illi cogitantes & quāuis libello à martyribus accepto, vt tamen à Domino satisfactio sua admitti possit, orantes scripserunt mihi, se delictum suum cognoscere, & penitentiam veram agere, nec ad pacem temere, aut importune properare, sed expectare presentiam nostram; dicentes pacem quoque ipsam si eam nobis presentibus acceperint, dulciorem sibi futurā. Quibus quantum gratulatus sum, Dominus testis est: qui dignatus est ostendere quid eiusmodi & tales serui eius benignitate mereantur. ⁷ Quas litteras cum nuper acceperim, & nunc aliud scripsisse vos legerim, peto discernatis desideria vestra, & quicunque estis qui has litteras nunc misistis, nomina vestra libello subiciatis, & libellum cum singulorum nominibus ad me transmittatis. ante est enim scire quibus ⁸ rescribere habeam: tunc singula quæ scripsistis, pro loci & actus nostri mediocritate, rescribam. Opto vos fratres charissimi semper bene valere, & secundum Domini disciplinam quiete & tranquille agere. Valete.

ADNOTATIONES IN EPISTOLAM XXVII.

1. Cyprianus lapsus] Hanc Epistolam epigraphen habet Manutius. Morelius vero nullam habet, qui tamen hanc epistolam non Cypriano, sed Celerino inscribit, verum falso, vt argumentum ex epistola xxix sumptum manifestum facit. Ab utroque ipsorum nunc primum edita est.
2. Ego dico tibi quia tu es Petrus] Locum hunc Matth. quem hic omnibus Episcopis accommodat, infra Epistolam ad Cornelium & alibi frequenter Petro soli attribuit, ubi de hac scriptura latius.
3. sic mihi scribere voluisse] Ita recte Morelius, alter male: mihi scribere noluisse, neque enim conqueritur, ad se non scriptum à lapsis, sed nimis temere ab illis scriptum.
4. quando ecclesia] Sic Morelius, Manutius vero: cum, prius magis placet ob phrasim Cypriani, qui: quando, pro: cum, vti solet.
5. & in omnibus stantibus] Eleganter qui in fide persistunt, stantes, vocat: eadem metaphora qua lapsos, qui fidem negarunt, confirmatur autem hinc lectio communis epistolæ præcedentis quæ habet: & ipsi stantibus laicis] habent similem phrasim infra epistol. 30. & 31. supra quoque epistol. 14.
6. & opus suum Domino imputauerunt] Etiam hæc Morelij lectio verior est, quam Manut. qui hoc loco interdic: nunquam, laudat enim illorum humilitatem, qui semper granditer in Ecclesia operati sunt, & tamen opus suum non sibi, sed Domino imputauerunt, qui potens est. Sic Manut. Morelius: qui dignatus est, hoc magis placet.

7. quas litteras cum nuper acceperim] Desiderantur tam hæc litteræ lapsorum, quam illa ad quas respondet, quæ si exstarent, tam libelli martyrum forma nobis nota foret.

8. rescribere habeam] Sic quidem Manut. Morelius vero: debeam, neutra lectio displicet, quanquam tamen priori Phraſi vtiatur Cyprianus Epist. xlvij. & ad Cæciliū.

AD CLERVM DE GAIO DIDDENSI, ac alijs qui lapsis communicabant.

EPISTOLA XXVIII.

Argumentum huius Epistolæ satis conuenit cum præcedenti, ac puto eam esse, de qua in sequenti epistola loquitur. Laudat enim Clerum suum, quod Gaium Diddensem presbyterum & Diaconum eius qui lapsis temere communicabant, communionem mouissent, & vt de alijs quibusdam id ipsum fiat, hortatur. Porro præter Manut. & Morel. qui primi hanc ediderunt, reperitur etiam hæc epistola in Mss. Harrisii cod.

CYPRIANVS PRESBYTERIS & Diaconibus, fratribus S.

INTEGRE & cum disciplina fecistis fratres charissimi, quod consilio collegarum meorum, qui præsentibus erant, Gaius Diddensi presbytero, & diacono eius celsissimis non communicandum: qui communicando cum lapsis, & offerendo oblationes eorum, in prauis erroribus suis frequenter deprehensi, & semel atque iterum, secundum quod mihi scripsistis, à collegis meis moniti ne hoc facerent, in præsumptione & audacia sua pertinaciter persistuerunt, decipientes quosdam fratres ex plebe nostra; quibus nos omni humilitate consultum cupimus, & quorum salutem non adulatione composita, sed sincera fide, prospicimus; vt veram penitentiam, & gemitu & dolore pleno Dñm deprecantur, quia scriptum est: *Memento vnde cecideris, & age penitentiam:* & iterum loquitur scriptura diuina: *sic dicit Dominus: cū conuersus genueris, tunc saluaberis.* & *sic ubi fueris: ingemiscere autem & agere penitentiam: quo modo possunt, quorum gemitibus & lachrymis intercedunt quidam de presbyteris, vt communicandum cū illis temere existiment? nescientes quia scriptum est: qui vos felices dicunt, in errorem vos mittunt, & semitam pedum vestrorum turbant.* Merito salubria nostra & vera consilia nihil promouent dum blanditijs & palpatibus perniciosi salutatis veritas impeditur; & patitur lapsorum faucia & ægra mens: quod corporaliter quoque ægri, & infirmi sepe patiuntur: vt dum salubres cibos & viles potus, quasi amarus & abhorrentes respiciunt, & illa quæ oblectare & ad præsens suauia videntur esse, appetit, perniciem sibi, & mortem si per inaudientiam & intemperantiam prouocent: nec proficiat ad salutem artificis medela vera: dum blandimentis decipit dulcis illecebra. Vos itaque secundum litteras meas fideliter & salubriter consulentes, à consilijs melioribus ne recedatis: legite vero has eadem litteras & collegis meis: si qui aut præsentibus fuerint, aut superuenerint, vt vniuersi & concordēs ad fouenda, & sananda lapsorum vulnera consilium salubre teneamus; tractaturi plenissime de omnibus, cum conuenire in vnum per Domini misericordiam cæperimus. Interea si quis immoderatus, & præceps siue de nostris presbyteris vel diaconibus, siue de peregrinis ausus fuerit ante sententiam nostram communicare cum lapsis, ⁶ à communicatione nostra arceatur; apud omnes nos causam dicturus temeritatis suæ, quando in vnum permittente Domino, conuererimus. Desiderasti quoque, vt de Philumeno & Fortunato hypodionis, & Fauorino acolutho, qui medio tempore recesserunt, & nunc venerunt, quid mihi videatur rescribam. Cui rei ⁸ non potui me solum iudicem dare, cū multi adhuc de clero abientes sint, nec locum suum vel fero repetendum putauerint; & hæc singulorum tractanda sit; ¹⁰ & limanda plenius ratio, non tantum cum collegis meis, sed & cum plebe ipsa vniuersa: expensa enim moderatione libranda, & pronuncianda res est; quæ in

post-